



16064 = 67
VII d. a
20

ptatione
suli utriusq; aru
e senio z alibi per ca

us: et qui

is pniensis per Ro
eoz prelaturis
privati ad futuruz
lauerunt cōgregato
itatioe posto an pre
et admittēda. Pri
z plati inferiores epis
laturis epis reluctā
iterim romanus pō
rsoluerunt extremū
ontificis aliquādiu
ritis z tādē roma
us elegit. Et p̄dicto
elicituntur dubia.

at.
per p̄cilium admitti
eriores epis ac alii cle
debeant.

laturis tunc nacatib⁹
re tenuerit.

ōciliū reluctanti⁹ car
procedere.

s partes affirmatiuans
cipalia.

ficis plenitudine pote
s dispēsare etiaz si sit vi
ur in. c. proposuit. iūcto

osse ex plenitudine pote
hoc sit prohibitz in cō

ē probatur in. c. ii. de pre
se conferre beneficia cuz

vide gl. notabile in. c. ubi
osse de plenitudine pote

. Et ratio eorum potest
q̄ cōcilia nō possunt pre

cilia per romane ecclesie
sit. Et in eoz statutiis

Et est ratio quia ipsi pe
ata fuit plena potestas li

iqz ligaueris super terrā
iginaliter Ad. at. thei. xvi.

.i. vi. in nouo. z. xviii. disti.
quodcuq; nihil excipit. de

cum ipse nō distingit nec
re. xxi. q. i. q̄ si dormierit.

uerba dñi. quodcuq; li
ta. et eniz in omnibus obe

te ad animam spectāt nisi
ita. hinc Anno. in. c. q̄ sit

eralia quodcuq; zc. z
mptine in. d. c. significa

tem nō soluz super si
bus dñicū. unum dz

materia belissime in
nō habeat superio

i. sed in spiritualib⁹
nemini licet de ei⁹

heresim contine
nemēter pertur

ssent quia tunc
ere nō inuare

ctionis sue nō
si tamen eū

cuz in potel
acramēta n

niscere. qu
q̄ ecclesia

institi prece
em aliud p

sta. regu.
et in his

Inc
tiona re
terpre
accurat

liber
titer p
de que
delecta
num p
thema
CP
CS
CL
rici fr
CO
roma
CO
dinali
CO
prob
CP
statio
spost
c.ii.de
statio
elio l
ben.
uacac
peric
statio
colleg
figere
autte
pater
tro e
gadi
ligatu
e tra
ita di
m. c.
nos e
Juno
gave
diend
sant
per b
per il
si. re
delibe
esse o
quit o
rem o
e ecel
factio
ret ut
batae
peccat
Si an
ratio
comm
te pap
niltra
est na
litans
defick
chrum
dca q

Incipiunt subtilissime ac utilissime disceptationes reuerendi domini Nicolai abbatis seculi utriusque interpretis ac per omne euum iuris monarchie senis et alibi per accuratissime disputate.



Discopus: et qui

da rector curatus pniensis per Romanorum pontificum eorum prelatorum nulla rationabili causa priuati ad futurum concilium appellauerunt congregato concilio et in disputatione posito an prefata appellatio est admittenda. Principes seculares et plati inferiores episcopi ac clerici sine prelatorum episcopi relucta

tibus concilio interesse conabatur. deponitur iterum romanus pontifex predictus episcopi et rector pniensis die persoluerunt extremum de quorum prelatorum ante creationem romani pontificis aliquandiu delata: puidet concilium quibusdam optime meritis et eadem romanum pontificem cardinalibus contradicentibus elegit. Ex predicto themate quinque subtilissima et pulcherrima eliciuntur dubia.

Primum nunquid dicta priuatio ualeat.

Secundum an prefata appellatio debuerit per concilium admitti.

Tertium si principes seculares et prelati inferiores episcopi ac alii clerici sine prelatorum concilio generali interesse debeant.

Quartum utrum dicta prouiso de prelatorum tunc uacantibus romano pontifice nondum creato facta de iure tenuerit.

Quintum nunquid predicto casu poterit concilium reluctantibus cardinalibus ad romani pontificis electionem procedere.

Senio iuxta ordinem ad primum ad cuius partes affirmatiuam probanda primo adduco sex motiua principalia.

Primum sic papa habet presertim in beneficiis plenitudinem potestatis ratione cuius potest supra omne ius dispensare etiam si sit dispositio concilii generalis ut clare probatur in c. proposuit. i. c. de coact. preb. ubi dicitur tertus papa posse ex plenitudine potestatis inuestire de uacantibus beneficiis. hoc sit prohibetur in concilio lateranensi. de quo in dicto. c. ii. hoc idem probatur in c. ii. de preben. li. vi. ubi dicitur papa non solum posse conferre beneficia cuius uacant sed etiam dare ius ad uacatura. et uide gl. notabile in c. ubi periculum. de elec. la. vi. que dicit papa posse de plenitudine potestatis reuocare constitutionem totius concilii. Et ratio eorum potest colligi ex c. significasti. de elec. ubi dicitur quod concilia non possunt prefigere legem romane ecclesie cum omnia concilia per romane ecclesie auctoritatem facta sunt et robur acceperint. Et in eorum statutis patenter romana excipitur auctoritas. Et est ratio quia ipsi petro et per eum omnibus successoribus data fuit plena potestas ligandi et soluendi dicente domino. quodcumque ligaueris super terra ligatum erit et in celis. et habetur etiam originaliter Matth. xvi. et transumptiue. xliii. q. i. quodcumque. xxi. di. in nouo. et xviii. dist. ita dominus. cum similibus. Et cum diceret quodcumque nihil excipit. de ma. et ob. solite. xix. dist. si romanorum. et cum ipse non distinguit nec nos eius potestate debemus distinguere. xxi. q. i. q. si dormierit. Anno. in. c. quanto. de consue. exponit illa uerba domini. quodcumque ligaueris et c. per constitutiones et precepta. et enim in omnibus obediendum est in spiritualibus et in his que ad animam spectant nisi fiant contra fidem uel specialiter prohibita. hinc Anno. in. c. q. super his. de uoto dicit quod per illa uerba generalia quodcumque et c. et per illa pascite oues meas. Jo. ul. et transumptiue in. d. c. significasti. recipit petrus et eius successores potestatem non solum super fidelibus sed etiam super infidelibus. iuxta uerbum domini. unum de esse ouile et unus pastor. et alibi quantum ad materiam belissime inquit quod si papa aliquis precepit iniustum cum non habeat superiorem coram quo agi potest obediendum est sibi. sed in spiritualibus et ecclesiasticis personis preceptum facit quia nemini licet de eius factis iudicare. gl. di. si papa. nisi mandatum pape heresim contineret uel nisi ex precepto iniusto presumeretur uehementer perturbatus status ecclesie uel etiam multa mala futura essent quia tunc peccaret obediendo cuius debeat futura mala precayere non inuare. Si autem precipiat iniustum laico qui non est iurisdictionis sue ratione persone nec cause nec alias dicit se non uidere si tamen est communicet et excommunicationem seruare quia cuius in potestate pape sit ecclesia militas ad eius mandata debet sacramenta ministrari nullus contra eius mandatum debet se eis immiscere. que est ualde notandum maxime in hoc ultimo dicit quod ecclesia militans est in potestate pape et quod etiam respectu iniusti precepti deficit superior ad quem habeatur recursus. Ad idem aliud preceptum dictum Anno. in. c. cum ad monasterium. de sta. regu. dicit quodam dicere et forte non ualeat sed etiam quia licet in his

de uiuor. sed buns spirituales potest habere ut du-
piscopus ut in dicto. c. relatio. xxi. q. i. **S**exto et ultimo ui-
etur probari in. c. si gratiose. de rescript. libro. vi. c. pastoralis.
cum glo. sua. vii. q. i. in quibus patet papam ultra alios posse con-
cedere episcopatu et inferiora beneficia ad tempus et usqz ad be-
neplacitum suum et sub conditione ut in dictis iuribus et in. c. ueni-
ens. in fine. de si. pres. unde dicit glo. notabilis in dicto. c. si gratiose
in his que papa uult est pro ratione uoluntas. in. c. de iure nat.
sed quod principi. alius autem hec non possit. i. q. ii. quam pio.
vii. q. i. quamuis. lxx. distin. Sanctorum. lv. distin. precepta. et opti-
mum ad predicta facit. c. primum. de renuci. libro. vi. ubi papa qui
est uicarius dei et sponsus uniuersalis ecclesie renunciat papatu
sine alicuius licentia quod facere non possit si in personam suam
esset papatus de iure diuino. quia sicut a iuramento et a uoto et a
similibus absolueri se non potest. ut nota. in. c. cu inter. p. de renun-
ci. et in. c. quanto. de iureiuran. et per Joa. an. in. c. significasti. de fo. co-
pete. ita nec a papatu. si in personam suam esset de iure diuino. licet
enim papatus in se de iure diuino non tamen in personam alicuius
ultra petrum fuit de iure diuino sed ex electione humana. iuxta no-
ta in dicto. c. uno. de renun. ideo potest renunciare quia non est si-
bi de iure diuino. cum ergo pape sit dissolueri hoc uinculum eti-
a se ipso et nulli dubium qd in se est de iure diuino. fortius debet
soluere uinculum quod est inter episcopum et ecclesiam suam. et ma-
gime illud quod est inter rectorem curatum et ecclesiam suam. cum
certum sit qd non contingat in personam alicuius de iure diuino sed
ex electione humana uel ex concessione ipsius pape nec etiam co-
stat qd in se sit de iure diuino immo potius innuit contrarium ut
colligitur in dicto. c. j. et ii. distin. et c. olim. lxxxv. distin. et c. legi-
mus. lxxxiii. distin. cuius alia supra allega. causa breuitatis. Ad co-
trarium non arguo quia ex his que in solutionibus subitas satis
pars contraria patebit. **A**d solutionem igitur huius difficultatis
dubii Jesu christi redemptoris nostri sueqz gloriosissime genitri-
cis Marie patrocinio humiliter inuocato condescendens ualde
uereor propter ipsius dubii difficultatez cuius potestas ecclesie ue-
riat exponenda ne lingua transeunte super terram os ponatur in ce-
lum iuxta id quod habetur in capitulo in tantu. xi. distin. Et ut
ulterius ad solutionem tam presentis quam aliorum dubioz in-
ferius premitam. **P**rimo qd ex omnibus fidelibus constitui-
tur una ecclesia et unum corpus mysticum. de consecra. distin. i. c. ec-
clesia. ubi dicitur ecclesia idest catholicorum collectio etc. et huius
corporis caput est uerus sponsus pontifex ipse iesus christus re-
demptor noster. papa est ipsius uicarius. ut probatur in capitu-
lo firmiter. uer. una est. de summa trim. et in. c. nouaciano. vii. q. i.
loquitur. et c. pudenda. xiiii. q. prima. et in canticis canticorum. vi.
c. dicitur in personam christi de ecclesia. una est columba mea per-
fecta etc. et transiptine habetur in dicto capitulo loquitur. et apo-
stolos ad ephesios. iiii. c. unum corpus. unus spiritus. unus do-
minus etc. et alibi christus assisens pontifex futuroru bonoru etc.
et pro hoc uide bonam glo. in clemen. ne romani. de elect. in uerbo
non consona. **D**uius autem corporis multa sunt membra. ut
particulares ecclesie et ceteri prelati et ceteri fideles boni. **S**e-
cundo premitto qd sicut una est ecclesia ita unus est episcopus epi-
scoporu multorum concordia uniuersitate diffusus: ut dicit textus
in. d. c. nouaciano. et c. loquitur. et dicit unus episcopatus quasi unus
caput seu una cura seu intentio. episcopatus enim est nomen gre-
cum et latine interpretatur superintendens. ut in. c. q. episcopatu.
viii. q. i. Et auertas qd licet fuit etiam in ueteri testamento hoc uo-
cabulum episcopatus ut patet in psalmo. Et episcopatum eius
accipiat alter. et actuum. i. c. etc. attamen cum non habebant episco-
patus ita distinctos sicut hodie nec distinguebatur hoc nomen epi-
scopus ab hoc nomine presbyter. et promiscue omnes sacerdotes
in pristina ecclesia inmediate post resurrectionem christi appel-
labantur quandoqz presbyteri quandoqz episcopi et omnes in co-
muni regnabant in ecclesia dei sed postmodum cum oriente scisma
te ita ut unus uellet alteri preferri dicendo ego sum melior te quia
baptizatus fui a paulo. alii dicebant quia sui baptizatus a petro
etc. fuit ordinatum per apostolos et alios seniores qd unus de
presbyteris preponeretur qui uocaretur episcopus cui alii obe-
diunt et sic episcopatus prout hodie est fuit inuentus ordinatio
apostolorum et aliorum seniorum non autem iure diuino. ita
te dicit Hieronymus et multipliciter probatur in capitulo
lxxv. distin. et c. legimus. lxxxiii. distin. Unde beatus Petrus
prima epistola uocabat se presbyterum sic scribens presbyteros
in nobis sunt precor ego cu presbyter et testis passionis christi
fui. et cum in singulis ciuitatibus poneretur per apostolos
episcopi et in singulis prouinciis archiepiscopi ut plenius habe-
tur in. c. distin. c. primo. et c. in illis. lxxx. distin. tamen adhuc in esse
episcopatus erat unus quia subditi non erant distincti. unde

quos unus et
sitatus. de ap
stea fuerunt di
pino. rii. q. p
liter est quia
et sit episcopi
ut not. Distin
qd christus red
sibi potestatem
bus dedit. In
in. c. loquitur.
re. distin. In
surrectionem
duz dist. Jo.
ritum sanctum
pari confortio
christus ostend
do pastorem
ut ex euangeli
ius potestatis
uis fuit christi
Domini enim
testates clauis
nes esse filium
baptizatus. Al
dit Petrus.
christus. Et e
ficabo ecclesia
cunqz ligauer
dedit sibi pote
si ut patet pe
ba fuerunt pri
cipem post res
dellor. l. i. no
uoluit dicere
dicit petrus.
nitus pre call
ante mortem
thei. xii. dum
eum inter te
uel duos teste
a uiderit fiat
rit loquendo
cunqz ligauer
qz solueritis
nem uero ean
los et dicit. ac
ta remittuntur
dicit. De ace
betur Joa.
electio. demy
cit. Ite et pre
ultimo. c. et
ritus facti om
missis qd non
tanquam men
piani ad dicen
spectu ordinis
ctu ordinis ho
nam uoluit ut
iunxit. quod cu
c. noua. de pen
ues regni celo
facit dicitur. c.
stus dedit ch
et successores fi
gatur et notat
fuit presbyter
sententia post
in. c. uidentes.
testas data in
as illis mortui
quod est abfur
siam suam dim
nocen. in. c. ad
textus Augusti
trus recepit cla
stas sit in eccle

quos unus excommunicabat alius absoluebat ut nota in c. con-
stitutus. de appella. et in c. cum causam. de probationibus. sed po-
stea fuerunt distincte dioceses prouincie et parrochie ut not. in c.
primo. xiii. q. prima. et sic hodie episcopus sine episcopatu specia-
liter est quasi inutilis in ecclesia dei respectu administrationis li-
cet sit episcopus ecclesie uniuersalis quo ad ecclesiam et dignitate
ut not. Hostien. in. c. ii. de translatio. prelati. **T**ertio premitto
quod christus redemptor noster non dedit pure et simpliciter petro
sibi potestatem. sed petro et omnibus apostolis eorumque successori-
bus dedit tanquam capiti. aliis tanquam membris. hoc probatur
in c. loquitur. xiiii. q. i. et in c. in nouo. xxi. dist. i. et in c. ita dominus.
xii. dist. In his enim iuribus aperte dicitur quod christus post re-
surrectionem suam omnibus apostolis parem tribuit potestatem
dixit Jo. xx. sicut pater me misit et ego mitto uos. Accipite spi-
ritum sanctum etc. Unde hoc erant ceteri apostoli quod petrus fuit
pari consortio prelati et honoris et potestatis tamen ut unitatem
christus ostenderet uoluit ecclesiam deriuari a petro euz ostende-
do pastorem et principem. et ut clarius habeatur hec materia pro-
ut ex euangelio colligi potest. Aduertendum quod in translatione hu-
ius potestatis tam ante resurrectionem quam postea uariis uerbis
usus fuit christus tam ad petrum quam ad omnes apostolos simul.
Primum enim ante mortem promisit petro apostolatam et po-
testatem clauium dum interrogauit discipulos. quem dicunt homi-
nes esse filium hominis. et eis respondentibus alii autem Joanne
baptista. Alii autem heliaz. uos autem quem me dicitis esse? respon-
dit Petrus. Ego dico quod tu es christus filius dei uiui. tunc dixit
christus. Et ego dico tibi quod tu es petrus et super hanc petram edi-
ficabo ecclesiam meam. et tibi dabo clauis regni celorum. et quod-
cumque ligaueris etc. ut habetur Matthei. xvi. non tamen per hoc
dedit sibi potestatem nec fecit eum principem sed tantum promi-
sit ut patet per illa uerba et tibi dabo etc. Item patet quod hec uer-
ba fuerunt prolata ante resurrectionem sed christus fecit euz prin-
cipem post resurrectionem ut habetur in c. considerandum. et c. si
delior. l. vi. in dicto. c. in nouo. et dum dixit super hanc petram etc.
uoluit dicere quod super illo articulo fidei per eum confessato dum
dixit petrus. Tu es christus filius dei uiui. ut no. glo. in c. ita do-
minus preallegato. **S**ecundo uidetur christum dedisse adhuc
ante mortem potestatem omnibus apostolis ut habetur Mat-
thei. xix. dum dixit. Si peccauerit in te frater tuus uade et corripe
eum inter te et ipsum solum. si autem non audierit te adhibe unum
uel duos testes et si te non audierit dic ecclesie. si autem ecclesie non
audierit fiat tibi sicut ethnicus et publicanus. et immediate subiun-
xit loquendo omnibus apostolis. Amen amen dico uobis quod
cumque ligaueritis super terram erit ligatum et in celis. et quodcum-
que solueritis super terram erit solutum et in celis. post resurrectio-
nem uero eandem potestatem recensuit dum iussit in aposto-
los et dixit. accipite spiritum sanctum. et quorum remiseritis pecca-
ta remittuntur eis etc. ut habetur Jo. xx. sed petro postmodum
dixit. Dase oues meas. et constituit euz principem aliorum ut ha-
betur Jo. ultimo. c. et trassumptiue habetur in c. significasti. de
electio. demum in assumptione dedit omnibus exercitium dixit di-
cit. Ite et predicare euangelium omni creature etc. ut Matthei
ultimo. c. et Marci. c. xi. In penthecostes uero per missionem spi-
ritus sancti omnia premissa confirmauit. liquide ergo patet ex pre-
missis quod non soli pape fuit data potestas sed omnibus apostolis
tanquam membris. pape uero tanquam capiti nec moueatur quis
piani ad dicendum quod alii apostoli habuerint potestatem solum re-
spectu ordinis et non iurisdictionis quia dico quod inmo etiam res-
pectu ordinis hoc clare intelligitur in illis uerbis Matthei. xvi. et
nam uoluit ut reclamatio fieret apud ecclesiam et immediate subi-
iunxit. quodcumque ligaueritis super terram etc. **T**ertio patet in
c. noua. de penite. et remissio. ubi dicit textus. Christus dedit cla-
ues regni celorum omnibus apostolis. et idem ibi Jo. an. ad idem
facit dictum. c. firmiter. in uer. una est. in fine. ubi colligitur quod chri-
stus dedit clauis regni celorum apostolis et eorum successoribus
et successores fuerunt omnes sacerdotes rite ordinati ut ibi colli-
gitur et notatur. licet ex constitutione ecclesie episcopi qui etiam
sunt presbyteri habeant iurisdictionem. et ceteri sacerdotes repre-
sentent apostolos quo ad administrationem sanctorum. ut not. glo.
in c. uidentes. xii. q. i. **U**nde dicendo clarius potest dici quod po-
testas data in personam petri et apostolorum fuit data ecclesie ali-
as illis mortuis non potuisset illam potestatem ecclesia exercere.
quod est absurdum cum non sit uerisimile quod deus uoluisset eccle-
siam suam dimittere sine pastore post mortem petri. ut dicit In-
nocentius in c. ad apostolicam. de re iudi. libro. vi. in fine. et pro hoc est
textus Augustini. c. quodcumque. xiiii. q. i. ubi dicit quod quando Pe-
trus recepit clauis ecclesiam sanctam significauit. et quod hec pote-
stas sit in ecclesia sed in papa tanquam in capite ultra illud quod

colligitur ex
c. ubi enim dicit
berent circum
sbyteros qui
niores ut uidere
in illa congrega
stolis postea uoce
cuit apostolis et
epistolam ad ante
fratres etc. **P**atet
uisum est enim sp
ponere. Et sic adue
fori penitentialis non
stolos et sacerdotes q
sio fuit facta in com
tus. Si enim ipse lo
in communi qui on
dem capitulo dicit
sicaliam precipieba
Unde nota uerbi
tiosam et pondero
stolorum sed etia
gitur ex uerbis p
apostolos et pres
Paulus et Th
custodire dogm
qui erant hie
iurisdictione
dinam. et in
legitur
ru et in
uos
ar

quod
in
pa
ram
ueri

propter hanc
soli de nouo
dando hanc
ulo sacrosan-
auctoritatez
clarius Hug.
debent membra
capitis. **C**on-
ad solutionem
facio tria mem-
hoc constat. aut
ertum. Aut dubi-
piter remouit. **P**ri-
nouere quemcumqz
eliquit: siue oriatur
plebi. pro pmo sa-
mund am. pro secu-
renuncia. debet ta-
estate dari bonuz
si. cum ipse papa
iter diuina. vt in
in euangelio su-
z membruz pu-
pis partes. **A**n
bonum fructum
moto alius scili-
secundo capitu-
risto recepit
eratore. **F**ederici
ro sexto.
in ca-
por

uellet aliquid statuere contra iam statuta per concilium in causa
fidei. nam doctrina illius Alchacij fuit damnata. xliij. q. prima. c.
pmo. hoc enim casu quando ppa uellet statuere in causa fidei co-
tra statutum per concilium presumitur errare quia ipse possz he-
reticus esse et insufficiens. ut in capitulo si papa. xl. distin. et in capi-
tulo pmo de renun. libro sexto. sed tota ecclesia non. et hoc casu po-
test intelligi qd synodus est maior papa alias secus. dico etia unu
quod uidebitur magis nouum qd si papa etia in factis fidei mo-
uetur melioribus rationibus et auctoritatibus et diffinitionibus
quam concilium standum esset diffinitioni pape. nam concilium
potest errare sicut errauit quando disposuit vt inter raptam et ra-
ptorem non posset consistere matrimoniu: et tamen Hieronymus
dixit contrarium motus melioribus rationibus et auctoritatibus
iuris diuini et dictum eius fuit prelatum dispositioni totius con-
cilij. vt. xxxvi. q. ij. capitulo tria. iuncto. c. placuit. ibi glo. et vide gl.
meliozem et Archidiacono. in. c. pmo. xx. distin. in uer. illorum. nec ob-
stat si dicatur qd tota ecclesia non potest errare. cum christus pro
eius fide orauerit vt supra dixi. dico enim qd conciliuz generale lz
replet tota ecclesia si tñ est tota ecclesia. na fides potest rmanere
necuz in papa solo. sed et in una uetula et sic fides pseruaret sicut
accidit post passionem christi que remansit apud beatam uirginem:
vt communiter dicunt theologij et cum iam christus orauerat vt
non deficeret fides ante passionem sed vt dixi non deficit ex quo
conseruatur in uno quicumqz sit ille. et hac forte ratione dixit glo.
in. c. quamuis. xxj. distin. per illum tex. qd ubiqz sunt boni ibi est
romana ecclesia. nam ecclesia romana nullaz debet habere macu-
lam nel rugam. **E**x quibus concludo qd papa solus tanquaz
caput potest exercere omnimodam iurisdictionem. exposcite cau-
sa rationabili nec est opus conuocare concilium pro consensu ha-
bendo. Alij uero prelati non exercent sine dispositione capitis sci-
licet pape habent enim potestatem a deo sed in illa submissit pape
tanquam capiti. et forte ad hoc designandum Petro dixit multa
separatim sed alijs apostolis locutus est coniunctis et generaliter
vnde petro dixit: Tu es petrus et super hac petram etc. Idemqz
dixit. Pasce oues meas. et non semel sed ter. et pro sua fide specia-
liter orauit et eum admonuit ut fratres suos in fide conseruaret
dum dixit. Ego pro te orauit patrem vt non deficiat fides tua. et
tu conuerlus confirma fratres tuos. Item considera qd in singu-
lari dixit christus. Siat unum ouile et unus pastor. et sic vnum vo-
luit esse pastorem et no plures. sed hanc potestatem pascendi con-
tulit Petro dum dixit. Pasce oues meas. et sic fecit eum pasto-
rem non plures loco sui. ipse enim erat et est verus pastor et pon-
tifer vt de seipso dixit. Ego suz pastor bonus. alij namqz aposto-
li fuerunt coadiuantes cooperantes. et ideo recte dicitur qd pa-
pa fuit assumptus in plenitudinem potestatis. alij in partem sol-
licitudinis. c. ad honorem. de auct. et usu. preallega. **V**enio ad
secundum casum quando istos sine causa rationabili et hic constat
et credo qd remotio illa non valeat nec sit papa sustinendus simi-
lia attentans. primo ad hoc induco tex. apertum in. c. sicut alteri-
us. vij. q. j. vbi dicitur qd quemadmodu uxor carnalis uiro uiuen-
te non potest ab alio disponi et desponsari. ita nec sponsa episcopi
que est ecclesia cum sit ei alligata non potest illo uiuente ab alio di-
sposti seu desponsari sine ipsius uoluntate et consensu alias adultera-
bitur. et post pauca subiicit. si autem uoluptatis causa ad aliaz ec-
clesiam fuerit inuitatus poterit non per se sed auctoritate roma-
ne sedis transferre et sic romana auctoritas ualet ubi subest causa
dissoluedi. **S**ecundo induco alium bonum tex. in. c. quanto.
de transla. prela. ubi dicitur qd matrimonium spirituale consistens
inter episcopum et ecclesiam non potest per homines dissolui et qd
cum romanus pontifex ecclesiaz necessitate uel utilitate illud dis-
soluit non puri hominis sed ueri dei uices gerit. vñ pondero uer-
bum necessitate uel utilitate etc. ad idem. c. ij. eodem titulo. in utro-
qz enim dicitur qd illius dissolutionem deus presumendus est re-
seruasse suo iudicio sicut ibi reseruauit dissolutionem deus presu-
mendus et reseruasse suo iudicio sicut ibi reseruauit dissolutionem
coniugij carnalis sed obligationez et uinculum dei auctoritate in
ecclesia non potest papa sine causa dissolueret. xxiii. q. iiii. c. si is qui
sicut in simili dicimus de iuramento uoto et alijs que sunt de iure
diuino et sine causa a papa remitti non possunt. iuxta notata. in. c.
quanto. de iurcuran. et per Innocen. in. c. cum inter. p. de renun.
nam dissolueret tale uinculum ex sola uoluntate esset contra dispo-
sitionem diuinam et ordinationem ap. ostolicam et sanctorum con-
ciliorum et aliorum auctoritatem romanorum pontificum atqz
contra rationem iuris naturalis et ciuilis. esset enim contra dispo-
sitionem diuinam quia christus in psonas apostolorum misit epi-
scopos et omnes sacerdotes ad prestandum et sacramenta mini-
stranda: quare sine causa ex quo semel sunt uocati non debent re-
uocari: quia qui spiritu dei loquuntur non sunt sub lege. ut in. c.

at
o.
mi
ai
papa

em et inuice
or est enim lex
num per spiri
christus enim
dicit terrus in
et non a deo. P
rior mittit ma
potestatem. i.
iudi. ubi gra
ab apostolo
illa non erat
mo eum mi
premissis per
nia ille se fut
ne specialit
qz succedunt
uocauit om
ptimo dicit
et quod in si
Innocen. in
dicimus de
iuribus pro
no. et idem
strationis
papa sine
per Innocen.
uero uide
inter presb
spirituales
vel plurib
cet no sit in
siam suam
iuxta nota
go modo
ut in dicto
etiam dicit
feriores et
nus ultra
pulos et n
gratiam in
presbyter
ga. et clar
qz aposto
us elegit
ta. per gl
et hoc
est contr
ut episc
tui. ergo
cum hoc
nouere
clesiastic
in fine. A
aliud ag
ri debuit
venire n
Con-
distinction
um. xliij.
ben ciuit
Corinth
sumptum
ritatem
tum. xvi.
ui culpa
concern
sa non p
qz. q. p. n
no. dicit
dicit ter
iulmodi
cessisset
hec uerb
leriano e
necene.
to qd est
est. nam
salficam

eum ex iniuncto. de here. et in. c. licet. de regul. et c. due. xix. q. ii. digni
or est enim lex priuata: que scilicet infunditur in cordibus homi-
num per spiritum sanctum quod lex publica que editur per papam
christus enim dei lex est et nemo potest spiritui sancto resistere. ut
dicit textus in dicto. c. due. et si dices quod isti fuerunt vocati a papa
et non a deo. Respondeo quod immo a deo. nam in ordinatione supe-
rior mittit manum et deus inuisibiliter administrat gratias et dat
potestatem. i. q. pma. multi. et c. dictum. et facit. c. cum deputati. de
iudi. ubi gratia diuina vocati et c. nec deus voluit remouere Judam
ab apostolatu quem semel vocauerat: licet subesset causa ex quo
illa non erat aliis nota. ut in. c. si sacerdos. in fine. de offi. ordi. in
mo eum misit ad predicandum sicut alios. Act. xvi. et xviij. et ex-
pressius per tex. in. c. christus. i. q. i. nec apostoli surregissent alium
nisi ille se suspendisset. Actum. ij. et quaquam iste administratio-
nes speciales sint de iure positivo. ut in. c. ij. xxi. distin. tamen dico
quod succedunt loco administrationis generalis ad quam christus
vocauit omnes sacerdotes. unde debet esse loco illius sicut de ba-
ptismo dicimus quod succedit loco circumcisions. de baptis. maiores.
et quod in simili habetur in. c. ecclesia. ut lite non contestata. et per
Innocen. in. c. ex ratione. de appella. et quod hoc sit uerum patet quia
dicimus deum referuasse sibi dissolutionem huius coniugij. ut in
iuribus preallegatis. quod non esset si prorsus esset de iure huma-
no. et idem per omnia dico in alijs sacerdotibus respectu admini-
strationis sacramentorum per supra dicta. et contra ius diuini
papa sine causa venire non potest. ut in dicto. c. sunt quidam. et
per Innocen. in. c. que in ecclesiarum. de consti. pro sacerdotibus
uero vide bonum tex. in. c. sicut in vna. xxi. q. ij. ubi dicitur quod etiam
inter presbyterum et ecclesiam suam contrahitur matrimonium
spirituale: quia ex quo semel est collata uni non debet dari alteri
vel pluribus simul: quia debet esse uxor non scortum. et sic quod li-
cet non sit ita strictum matrimonium sicut inter episcopum et eccle-
siam suam: quia ipse solus in signum matrimonij portat anulum
iuxta nota. in. c. clerici. de vita et honestate clericorum. tamen lar-
go modo inter inferiores et ecclesiam contrahitur matrimonium
ut in dicto. c. sicut. de elec. ne pro defectu. ubi per mortem abbatis
etiam dicitur remanere viduata ecclesia. Item presbyteri in-
feriores etiam alio respectu sunt electi iure diuino. cum ipse domi-
nus ultra duodecim apostolos designauit septuaginta duo disci-
pulos et misit eos ad predicandum. ut Luce. x. et transumptiue per
gratiam in. s. priso. xxi. distin. quorum uicem et formam gerunt
presbyteri inferiores hodie in ecclesia dei. ut dicit tex. in. s. prealle-
ga. et clarius in. c. in nouo. xxi. distin. in fine. et licet textus ibi dicat
quod apostoli eligerunt illos debet intelligi quod ministerialiter: sed de
us elegit auctoritate. ut probatur in euangelio preallegato. et no-
ta. per glo. et doctores in dicto. s. pmo. et sic eadem ratio est in eis:
et ex hoc solo capite potest talis remotio facta uicari. dixi etiam quod
est contra ordinationem apostolorum. nam apostoli ordinauerunt
ut episcopi et alij presbyteri ponerentur in ecclesijs et essent perpe-
tui. ergo papa sine rationabili causa non debet facere contrarium
cum hoc concernat statutum uniuersalis ecclesie. nam si posset re-
mouere unum sic etiam alios et plurimos. et alteretur status ec-
clesiasticus. ut probatur in. c. peruenit. ix. q. pma. ubi dicit textus
in fine. si sua unicuique episcoporum iurisdictione non seruetur quid
aliud agitur nisi ut per nos per quos ecclesiasticus ordo custodi-
ri debuit confundatur. et contra ordinationem apostolorum papa
venire non potest. tex. est apertus in dicto. c. sunt quidam. xv. q. i.
Ad autem apostoli hoc ordinauerunt patet in. c. pmo. lxxxix.
distinctione. et c. in illis. lxxx. distin. et c. videntes. xij. q. pma. et Actu-
um. xlii. dicitur quod Paulus et Barnabas constituerunt in der-
ben ciuitates presbyteros per singulas ecclesias. et Apostolus ad
Corinth. vij. in ea uocatione qua uocatus quis est maneat. et tra-
sumptiue. xxi. q. pma. c. pmo. Tertio dixi hoc esse contra aucto-
ritatem concilij: et hoc aperte apparet in. c. sicut. xxi. q. ii. et in. c. inue-
tum. xvi. q. vii. ubi fuit definitum in concilio quod non nisi pro gra-
ui culpa ab ecclesia sua amouendus sit quis: contra concilia uero
concernentia status uniuersalem ecclesie papa dispensare sine cau-
sa non potest. ut legitur et nota. in. c. que ad perpetuam. et c. contra
xv. q. pma. Nam auctoritas Petri manet ubi imminet ratio. ut
no. dicit tex. in. c. manet. xlii. q. pma. et apertius in. d. c. contra. ibi
dicit tex. quod contra statuta patrum concedere vel mutare nec ha-
iustmodi quidem sedis potest auctoritas. hinc Augustinus cum ac-
cessisset cum Valeriano episcopo in episcopatu dixit sibi ipse
hec uerba: adhuc in corpore posito patre meo et episcopo sene Va-
leriano episcopus ordinatus sum et sedi eius illo. quod in concilio
nicensi. fuisse prohibuitur nesciebam nec ipse sciebat. Dixi quar-
to quod est contra auctoritatem romanorum pontificum. hoc clarum
est. nam dixit tex. Grego. lxi. distin. satis peruersus. et contra eccle-
siasticam probatur esse censuram. ut frustra uoluptatibus suis co-

modis quis priuetur et c. et in. c. precepta. lv. distin. ubi dicitur quod
beneficia debent esse perpetua et non debet eis quis priuari et
am si sit impotens ad seruendum. et latius habetur in titu. de ele-
egrotan. et in. c. uno. de capel. monac. libro. vi. nec papa sine causa
debet posse tale statutum ecclesie alterare. tum quia concernit uni-
uersalem statum ecclesie uel ad placitum prelati non remouea-
tur: tum quia decoloraretur status ecclesiasticus. nam alij uiden-
tes ad libitum rectores remoueri tenerentur: neque de facili inue-
nirentur qui uellent ecclesie militare. ut not. dicit textus de cleri.
egro. et ubique quod pertinet ecclesie decoloratio papa immutare non
potest aliquid. ut in. c. et si illa. iii. q. vii. not. Archidia. in dicto. c. sunt
quidam. et facit quod not. Abbas in. c. nulli. de sent. excom. ubi
dicit quod papa sine concilio non potest tollere canonem. c. si quis sua
dente. xv. q. iii. et facit illud. c. nulli. ubi legitur et uot. quod papa non
potest sine causa dispensare ut impune quis comunicet cum ex-
comunicato contra doctrinam apostoli. ista enim que sunt funda-
ta super doctrinam fidei et bonis moribus et ad decorem ecclesie
non debent relaxari sine causa. nam tunc papa non diceretur oues
pascere sicut ei iniunctum fuit sed disperdere et necare et ecclesiam
deprimere et deteriorare: et sic potius conuinceretur errare quam le-
gem dare. arg. c. pmo. xl. distin. et dicto. c. sunt quidam. et c. que ad
perpetuam. et c. contra. Quinto dixi quod est contra rationem na-
turalem et civilem: ex quo enim semel placuit non debet amplius
displicere. xxii. q. v. horrendus. et in reg. quod semel placuit. de re-
gu. iur. libro. vi. et sic non contrahendo hoc matrimonium requiri-
tur consensus perficiendi a principio. ut in. c. cum inter canonicos.
de elec. et de preben. in. c. si tibi absenti. libro. vi. ita et fortius debet
requiri in dissolueno ut ibi. nil enim tam naturale ut unumquod-
que vinculum dissoluatur eodem modo quo ligatum fuit. de reg.
iur. c. pmo. et in. l. nil tam naturale. ff. eo. et l. i. et ii. C. quando licet ab
emp. dif. Item etiam secundum leges civiles non licet habere filios te-
porales. l. si cui. alias si tuum. ff. de adop. et id quod nobis acquisi-
tum est sine nostro facto a nobis euelli non potest. in. l. id quod no-
strum. ff. de regu. iuris. et c. ab eo. de elect. libro. vi. facit. c. ii. de pre-
ben. li. vi. ubi solum dicitur quod papa potest concedere beneficia va-
cantia: uel ex plenitudine potestatis dare ius ad uacaturam: non uero
tem dicit quod de facto potest aliquem priuare. Sexto et ultimo
per auctoritatem glo. x. di. c. pmo. et Archidia. ibi: ubi concluditur
papam non posse cessante legitima causa diuidere episcopatum in
duos sine consensu episcopi. per. c. multis. xvi. q. pma. et contra id
quod sentit Joa. an. in. c. quod ob gratiam. de reg. iur. libro. vi. in
mercu. i. illa questione. numquid potest papa a aliquo prelatu tra-
sferre inuitu. et uidetur concludere quod in causa non existente et for-
te ob hoc papa alexander ultimus statuit in concilio pisano: ut
nullus episcopus transferret inuitus. ad predicta facit optime
c. conquerente. de restitu. spol. ubi dicitur quod non deest honestatem
superioris sine manifesta et rationabili causa spoliare aliquem su-
is beneficiis cum teneatur illis paterna prouisione consulere. fa-
cit. c. cum secundum apostolum. iuncta glo. si. de preben. ad idem glo. in. c.
pmo. xxi. distin. que dicit papam non debere ius unius ecclesie si-
ne causa alteri dare. Venio ad tertium membrum: scilicet quod
dubitatur an subit causa et multa in hoc possunt allegari sed
non insistant propter prolixitatem euitanda. sed quod presumi de-
beat faciunt nota. per legistas. in. l. si. C. si contra ius uel utilit. pu-
et in. l. prescriptione. C. de preci. impe. offe. ubi communiter uolunt
causa presumi in principio etiam si agat in his que competunt ali-
cui de iure gen. et etiam in his que sunt de iure diuino si in illo re-
peritur alias dispensatum. et no. per aliquos in. d. c. que in ecclesia
rum. Ergo uero distinguo sic quod aut papa disponit perturbando
uniuersalem statum ecclesie nulla ratione apparente: et non est su-
stinendum. unde presumetur tunc iniusticie causa. pro hoc facit no-
dictum Anno. in. c. quanto. de consue. ubi dicit papam non esse suffi-
ciendum si sine magna causa et alijs nota uult mutare uniuersale
statu ecclesie. ut puta si uellet auferre episcopis potestatem crisma-
di uel baptizandi. secundum eum. Idem dicere in casu proposito si
uellet deponere omnes episcopos uel maximam multitudinem. et
sic iudicio meo posset intelligi et saluari glo. in. c. per principalem.
ix. q. iii. que dicit papam non posse deponere omnes episcopos sed
unum sic ut in uno presumatur causa non sic in omnibus. uel in
magna multitudine propter grauitatem preiudicij. argu. op. in
clemen. pastoralis. de re iudicata. nam et Paulus solus reprehē-
dit Petrum cum uideretur deuitare a regalibus et doctrinis com-
muniibus euitando gentiles iudaizando in moribus: ut in. c. pau-
lus. ii. q. vii. et originaliter habetur ad Galath. ii. c. ubi dicitur quod
Paulus resistit petro in faciem eo quod reprehensibilis erat. multo
ergo fortius hoc poterit tota ecclesia et hoc faciet etiam ex genera-
li potestate sibi tradita a domino: ut supra dixi. nam si caput do-
let et errat debet totum corpus resistere: quia non est tunc bonus

pater familias. unde Hieronymus. xlii. distinctione. legimus. or-
bis est maior urbe. et si diceremus contrarium posset papa addu-
cere ad confusionem totam ecclesiam quod non est dicendum cum deus
orauerit pro ea ut supra dixi. In aliis uero particularibus ubi non
perturbatur uniuersalis status ecclesie et fides non uiolatur pre-
sumendum est pro eo quod non moueatur sine causa rationabili: pro
hoc. c. cum a nobis. in fine. de testi. et de litteris. de probati. ubi bo-
nus tex. cum glo. et sic salua dicta legistarum. istar enim sacrilegij
habetur disputare de iudicio principum. xvii. q. iiii. §. qui autem.
et in l. ij. C. de crimi. sacri. et maxime dicendum est hoc in papa quez
merita Christi et Petri aut sanctum inueniunt aut sanctum sa-
ctant. c. pmo. xl. dist. in. et c. Nunc restat respondere ad contraria
ad que breuitatis causa sigillatim non respondeo maxime quia si
quas bene predicta librauerit contraria recipiunt limitationem
per ea que dixi in solutioe. Nam fatendum est quod papa potest ex cau-
sa dispensare quandoque circa ius diuinum dispositione concilij
et uniuersalem statum ecclesie et auctoritatem summorum ponti-
ficum. sed ubi omnino cessat causa non potest: ut plene liquet ex
predictis. et ad. c. i. de renunc. libro. vi. dic. quod papa renunciauit ex
causa. nam sine causa peccaret per ea que habentur in. c. nisi cum
pridem. de renun. et per ea que not. in. d. c. pmo. Et aduerte cir-
ca hoc coniugium spirituale. contrahitur enim primo coniugium
cum ecclesia uniuersali cum unicus sit in se episcopatus: ut predi-
xi. et dicitur contrahi eo ipso quod episcopus consecratur. tunc enim
imprimitur ei caracter quod per nullum quod per deum deleri potest
et remanet post mortem. ut legitur et nota. in. c. ij. xxii. q. vij. et hoc
est illud coniugium spirituale quod fortius est quam carnale. cum
illud dissoluatur morte in. c. penul. et ultra. de secun. nup. et plenus
de hoc per Hostien. in. c. inter corporalia. de translat. prelato. qui
sic intellexit principium illius. c. i. Secundo contrahitur ma-
trimonium spirituale scilicet inter episcopum et illam ecclesiam par-
ticularem cui preficitur et hoc coniugium non est ita forte sicut car-
nale tamen non potest absolui ab homine ad instar carnalis. ut in
dicto. c. secundo. sed per papam ex causa potest dissolui: sine causa
uero non: quia saltem designat coniunctionem que consistit spiri-
tu. inter christum et fidelem animam. unde quemadmodum inter
christum et fidelem animam signatum non dissoluitur sine causa:
ita nec signum. non obstat dictum Specu. procedit enim ubi non
decoloratur status ecclesie uniuersalis nec leditur directe uel indi-
recte ordinatio dei. ut ipsemet Specu. uoluit eo. titu. sub Rubri-
ca de dispensa. §. nunc breuiter. circa finez. ubi posuit casus pluri-
mos in quibus dispensare non potest et maxime in uer. xii. et sequen-
tibus. ubi tenet inter cetera quod dispensatio pape non ualet contra euange-
lia uel uniuersalem statum ecclesie seu ubi decoloratur status ec-
clesie uel contra ea que sancti patres diffinierunt bene per. c. si il-
la. pmo. q. vii. et xv. q. prima. que ad perpetuam. et c. contra. et xv.
dist. c. ii. cum similibus. sic etiam limitandum est dictum Baldi:
maxime cum ipse nihil boni allegat. et c. omnis. loquitur in transla-
tione fienda ex causa. c. si gratiose. non loquitur ubi matrimonium
esset contractum inter prelatum et ecclesiam. sed quando dispen-
satio fit ad tempus propter utilitatem personarum quam papa
et causa facere potest. argu. c. de multa. de preben. in fine. et hec suf-
ficient quo ad primam questionem: et non miretur quispiam de
prolitate adhibita in hac prima questione: quia non parum est
attingere et explicare fundamentum potestatis totius ut ita dixi-
rim ecclesie: et quia ex superius dictis facilius infertur ad decisio-
nem aliarum questionum: in quibus breuitatem cum hac proli-
xitate compensabo et c. In secunda questione arguitur primo
quod prefata appellatio non debuerit per concilium admitti. appel-
latio est proprie de minori iudice ad maiorem prouocatio. ii. q.
vi. anteriorum. adeo quod etiam si per errorem appellatur ad mino-
rem iudicem non ualet in aliquo appellatio. ut in. l. pmo. ff. de ap-
pellatio. sed concilium non est supra papam immo concilium reci-
pit auctoritatem a papa. ut in. c. significasti. in fi. de elec. et xx. dist.
quauis. patuit clarius ex multis supra in primo dubio deductis
ergo appellatio talis non erat admittenda. Secundo uidetur
de hoc tex. expressus in. c. cuncta per munduz. ix. q. iiii. ubi dicitur
quod a qualibet parte mundi ad sedem apostolicam appellari potest
ob illa autem nulli est appellare permittitur. et quia nulla precede-
te synodo habet facultatem soluendi quos synodus unquam dam-
nauerat et damnandi quos oportuit nulla synodo existente. et est
ille tex. ualde nota. et facit pro his que dixi in precedenti dubio et
solus papa sine concilio potest ex causa deponere etiam imperato-
rem. ad idem. c. nemo. et c. aliorum. et c. per principalem. ea cau. et q.
Et ex quibus iuribus colligitur quod a toto clero et populo et impe-
ratore papa iudicari non potest. Tertio probatur per argu-
mentum maiori. cum enim nec ab imperatore seculari nec a sententia pre-
fecti pretorio. appellari potest ut. l. i. ff. a qui. appella. non licet. et l.

una. C. de sen. prefec. prelo. multo fortius nec a papa appellatur
et cum ipsius potestas est longe maior imperiali: ut in. c. solite. de
ma. et obedi. et in. c. duo sunt. lxxxvi. dist. Quarto fortissime
facit quia papa est dei uicarius in terris. in. c. ii. et iii. de translatio.
prela. sibi enim in persona petri dictum fuit. Pasce oues meas.
et quod dicitur et c. de elec. significasti. et xxiiij. q. pmo. quod dicitur. et. c.
loquitur. ergo cum omnibus uice dei ipse preest a nemine excepto
deo corrigi et deprehendi potest. ut in dicto. c. aliorum. et in. c. nemo.
et c. cuncta. appellatio enim presupponit maiorem potestatem quanda-
in eo ad quem appellatur. ut supra dixi. adeo quod de uicario episcopi
ad ipsi episcopum appellari non potest cum sit iudez tribunal et eade-
iurisdicchio nec consuetudo in contrarium ualet tanquam substantie
rei repugnans. ut legitur et nota. in. c. ii. de consuet. libro. vi. Sed
maioritas contra papam nunquam fuit tradita concilio cum nullus
verbum fuit apostolis dictum iurisdictionis seu potestatis colla-
tium quod fuerit dictus ipse petro. immo multa petro fuerit dicta
ut plene dixi supra in primo dubio. per que ipsimet apostoli qui
erant spiritu dei pleni ad maiorem confirmationem hoc ipsum uo-
luerunt quod ipse petrus loco dei omnibus preesset. xx. dist. sacro-
sancta. ergo hec appellatio nullo iure seu iuris colore fundari po-
test. Quinto et ultimo uidetur probari in. c. per venerabilem.
in fi. qui si sint legi. uer. rationibus. ubi ex lege diuina probat textus
quod in omni dubio recurendum est ad fidem apostolicam et ipsius
diffinitionem et mandato loco dei obten. per adu. est ab omnibus. non
ergo licet concilio de ipsius diffinitione iudicare cum facta conci-
lij sunt per ipsum papam corrigenda uel approbanda: ut ibi. et
in dicto. c. cuncta per mundum. Ridiculum enim esset dicere cum
statuta concilij possunt tolli per papam. ut nota. in. c. ubi pericu-
lum. de elec. libro. vi. et in. c. significasti. eo. ti. et a papa non potest ap-
pellari. ad concilium. si enim concilium esset supra papam non pos-
sent per eum illius statuta violari. ut in cle. Ne romani. de electi.
quod tamen est falsum. ut supra dixi. Ipse enim papa superiorem
in hoc seculo non recognoscit. ut in. c. per venerabilem preallega-
post prin. et in. c. de elec. in fi. ubi dicitur quod ad superiores i facto
pape non potest haberi recursus. et est ille bonus tex. i materia ap-
pellationis. Et facit. c. significasti. eo. ti. In contrarium quod ap-
pellatio debuerit admitti primo concilium generale est maioris
auctoritatis quam sit solus papa. ergo a papa ad illud potest appellari
consequenter patet ex se et infra melius corroboratur. antecedens
probatum: in concilio generali non solum interest papa sed omnes
prelati orbis. ut in. c. ij. et iii. et c. multi. xvii. dist. et representatur
per hoc concilium tota ecclesia uniuersalis. ut patet actu. xv. facit
c. sicut. in fine. xv. di. c. ecclesia. de cote. di. pmo. sed nulli dubium qua-
do tota ecclesia sit iuncta cum capite suo maioris auctoritatis sit
quam solus papa. nam ut supra in primo dubio dixi potestas fuit
tradita toti ecclesie sed per papam exercetur tanquam per caput ec-
clesie. ut in. c. manet. xxiiij. q. pmo. et in. c. ita dominus. xix. dist. ple-
nissime dixi supra. hinc est quod maioris auctoritatis est constitutio
totius concilij quam solius pape. ut colligitur. et c. i. xx. di. et ubi p. Ar-
chidia. Item papa solus potest errare et esse hereticus. et. di.
si papa et insufficientis ad regimen ecclesie. ut in. c. i. de renun. libr.
vi. sed tota ecclesia errare non potest. ut legitur et nota. in. c. arrepta.
xxiiij. q. pmo. et in. c. maiores de baptis. hinc etiam est quod ardua non
solet papa explicare sine presentia concilij. ut legitur et nota. in. c.
ad apostolice. de re iudi. libro. vi. et per Hostien. in. c. ex gestis. de
cleri. non resi. consequenter satis corroboratur per optimu simile.
archiepiscopus est maior episcopis sue prouincie adeo quod super
eis habebat plenariam iurisdictionem. ut in. c. pastoralis. de offi. or-
di. vi. q. iiii. scitote. nihilominus de illo archiepiscopo appellatur
ad concilium prouinciale cui interest archiepiscopus tanquam ca-
put. ut nota. fm unu intellectum in. d. c. multis. not. glo. in. c. a col-
latione. de preben. libro. vi. et ii. q. vii. omnis oppressus. Item
de ordine et preside appellatur ad preside. ff. quando appel. sit. l. i.
§. solent. et de episcopo et capitulo appellatur ad ipsum archiepi-
scopum. ut in. d. c. a collatione. sic dicendum in proposito ut a papa
possit appellari ad concilium cui interest papa ut caput. Secun-
do adduco. c. ueniam. et c. sententiam. xxv. q. ix. et maxime iuncto
c. tum ex litteris. de in integ. resti. ubi dicitur quod sententia romani
pontificis potest in melius commutari quando iusticia primo lata
non est. sed reformatio ipsius non potest in melius referri quoni-
am ad totam ecclesiam ubi interest etiam ipse papa. nam et solus
Paulus resistit ipsi Petro in facie et ipsu reprehendit cum ex fa-
cto suo sequeretur scandalu in ecclesia dei. ii. q. vii. Paulus petrus
reprehendit. ut latius legit ad Galathas. ii. c. et tamen Petrus
primo comedebat cum gentibus nec discernebat cibos ab eis si-
cut faciebatur iudeis: uero superuenientibus ibi quibusdam iudeis
timens eorum scandalu subtraxit se a gentibus et discernebat ab eis
cibos sicut faciebatur iudeis. et sic indistincte cogebat per exemplum

